



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

6. Annva Deinde Pio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

que transfressum, Albim usque penetrasse, cuncta depopulando. Winkelmannus etiam in notitia veteris Westphaliæ lib. 1. cap. 8. num. 105. Nec dubium est, inquit, Arminium hic sedem habuisse: extant enim adhuc reliquie arcis dictæ, DIE HARMESBORG, ab Harminio prope Schier, versus Luidam oppidum. Certe arx ipsa, quæ vulgò Herlingsburg nominatur, etiam si diruta, in altissimo monte, situ ad bellum opportuno, veteris munitiois vestigia adhuc ostentat. Hanc à Carolo M. everfam memorat Ioan. Seilerus in Chron. Pym. MS. cap. 19. Pideritius autem in Chron. Lippiensi part. 2. pag. 206. falso putat hoc in loco Irmensulam Saxoniam, & Heresburgum stetisse, quæ ad Dimolam erant indaganda.

6. ANNVA DEINDE PIO. Id quod memoriæ prodidit vita Caroli M. apud Pithæum. pag. 31. Rex Carolus inijt consilium ut hiemis tempore ageret in Saxonia, & celebravit natale in Cidrioburgi (alias Sknidnosburg in pago Vauzauvaga in villa LVIDI) super fluvium Ambra. Inde abiens in Saxoniam pervenit usque ad Rimia. Regino in Chron. An. 784. Rex itaque consultis fidelibus, iterato hiemis tempore Saxoniam intravit, & celebravit natalem domini juxta Kichrisburg Vuizzagani, super fluvium Ambra, in villa qua dicitur LINHIDI.

7. ET SCHIDROBVRGVM. Ita olim Schira, seu Schidra vetus, locus in Comitatu Swalenbergenfi, nunc Lippiensi, inter Steinhemium & Ludam situs, vocabatur. Adelmus Benedictinus ad An. 784. Rex autem congregato iterum exercitu, in Saxoniam profectus: celebratioque in castris natalitio Domini die super Ambram fluvium in pago Huthagoe, juxta castrum Saxonum, quod dicitur SKIDROBVRG, ad locum vocabulo Rimi, quo VVifur & VVaharna confluant, populabundus accessit.
Eadem